IRIMBERTUS ADMONTENSIS
Admont, um 1175
Seite 106
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift

p quam tristicia illa redemptoris exprimi
tur: de qua ipse discipulis in cena loquit.
Nunc anima mea turbata est. Et quid dicā.
Pater: saluifica me ex hac hora. Asan fu
mans dicitur: p quam hora illa exprimitur:
qua factus in agonia, plurius orabat: &
factus est sudor eius sicut gutte sangui
nis decurrentes in terram. Ephā. dissolu
tio. uel defectio interpretatur: qua hora il
la designatur: cum se apprehendentes allo
quuntur. Tanquā ad latronē existis cum
gladiis & fustibus comprehendere me: cū
cotidie apud uos essem in templo doces.
non me tenuistis. Sed hec est hora uīa: &
potestas tenebrarum. Esenā. consilio egens
dicitur: quo illud exprimitur: cum a iude
is spuitis illitus. colaphilatus. & facie ue
lata. quis se percusserit, ppheiare cogitur;
Lithostrotos. titulus. uel statio dicitur: qua illa de
risionis pompa exprimitur: cum uestē alba
induitis. & spinis coronatus, pducitur: & re
iudeo pilati uoce subsannatoria, pnuntia
tur: Celā. ad fundam iacta. siue suspensa.
eum. uel tollens sibimet interpretatur: cum
rex ille angelis. & hominibus. & uniuerso
mundo spectabilis, p peccatoribus flagella
tur: suoq; pncipatu sup humeros, pprios
oneratur; Achab mendacium. siue stultitia
dicitur: p quā ipsa passio crucis exprimit.
de qua apostolus loquitur: Nos pdicamus
xpm crucifixum. iudeis quidem scandalū.
gentibus autē stultitiam. Scandalū enim
eterne dampnationis patiuntur: qui men
dacium ante crucem xpi locuntur: di
centes. alios saluos fecit. se ipsum autē non
potest saluum facere; Gareta. a capite in
terpretatur: qua mors xpi in cruce desig
natur: qua uita mundi reformatur:
cum latus eius lancea uulneratur: &
sanguinis & aque pfluuio. ignita pa
radysi romphea restinguitur: Quinta
tes iste nouem esse memorantur: quia
mysteria passionis xpi. die noctuq; no
uies replicantur; Septem enī horē ca
nonice. xpi mysteriis insignitē. cot
idie in ecclesia celebrantur: quibus
si laus nocturnalis. cum cotidiana
misse celebratione sociatur: nouenarii
numeri summa explicatur: Qua enī
ut pdictum est. nouenarius numerus
a ternario multiplicatur: ñ incongruē
p eum mundi redemptio figuratur:
qua genus humanum. creatrici trinita
ti. p mortem xpi reconciliatur: Sub
g nouem ciuitates. redemptionis nitē
consummationes: Sunt uiles earum:
defluentium ab ea gratiarū inundati
ones. SEQUITUR.
Accaron cum uicis & uillulis suis.
ab accaron usq; ad mare: omnia q; ie
richontina. que uergunt ad aldotum.
& uiculos eius: aldotus cum uicis & uil
lulis suis: gaha cum uicis & uillulis su
is: usq; ad torrentem egypti. & mare
magnum terminus eius: & in monte
sammir: & ether. & socho. & edenna.
cariath. senna. hec est dabir: anab. &
esthemo. & anim. gosen. & olon. & gilo:
ciuitates undecim. & uiles earum.
Sicut in descriptione ciuitatum
iuda. passionem xpi exposimus. que
uera fidelium est salus: sic in ea uetteris
ac noui testamenti seriem depre
hendimus: sine qua nulla salus potest
ēē fidelibus.